

Vgl. auch die Urkunde Markgraf Dietrichs von 1219 Januar 7 (UB Altzelle I, Nr. 59), der A als Vorurkunde diene.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS. T(HEODERICUS) DEI GRATIA MISNENSIS ET ORIENTALIS MARCHIO.^{a)} | Quoniam ea, quę in tempore aguntur, per oblivionem cito cum tempore dilabuntur, nisi scripto mandentur et astipulatione | testium comprobentur, nos per utraque fidem facere volentes presentibus ac futuris per hęc scripta significamus, quod fidelis noster | Henricus de Corun quoddam predium VII mansorum emit in villa Rvbene pro C marcis ab Henrico de Bolin | et contulit illud beate Marie in Cella pro remedio animę sue ac filii sui iam rebus humanis exempti. | Ceterum ad consolationem conventus in anniversario predicti filii sui festo videlicet beati Dionisii vir devotus | de memorato predio cum simila et vino ac piscibus serviendum fore mandavit et, quicquid superesse posset de proventu | dicti predii, redigeretur in annonam conventus ad panis meliorationem. Super hęc omnia scire nichilominus | convenit, quod in prefata villa Rubene predicta ęcclesia, priusquam donationem dictam susciperet, tres mansos et quadrantem | possederat, quas^{b)} emit a Bvrchardo de Veste pro XXVI marcis heredibus suis consentientibus. Nos vero, quia | iure foundationis a progenitoribus nostris ęcclesie sepe dicte providere debemus, ratum et inconvulsum esse volumus | totum, quod supra memoravimus, et idcirco presenti pagine auctoritatem nostri sygilli apponimus et testibus | idoneis communimus, quorum ista sunt nomina: Gerhardus abbas de Volkolderode et filius suus Kunemundus | monachus, Bertramus prepositus Wrcinensis, Lutherus, Luprandus, Wipertus canonici Misnenses, Hildebrandvs | capellanus, Wrezlaus filius regis Boemię, Hartmannus de Louedeburg, Albertus prefectus de Aldenburg, Henricus | prefectus de Donin et filius suus Otto, Albertus dapifer de Borne, Syfridus de Veste, Arnoldus de Mildenstein. | Acta sunt hec Ozcethz²⁾ sub abbate Ludegero anno ab incarnatione domini M^oCC^oXI^o, indictione XIII^a, VII^o kal. sept.

(SP.)

40.

Papst Innozenz III. beauftragt den Erzbischof von Magdeburg, dessen Suffragane und alle ębrigen Pręlaten der Magdeburger Kirchenprovinz, gegen diejenigen Laien und Geistlichen vorzugehen, die den Besitz des Zisterzienserklosters Altzelle schädigen oder das Kloster in anderer Weise beeinträchtigen.

1213 November 5, (Rom) Lateran

a) Die Angabe bei Posse, Privaturkunden, S. 97, Anm. 5, daß T. DEI GRATIA (als Zeichen der Ausstellererkennung) nachgetragen worden sei („heller und unregelmässig“), trifft nicht zu A.

b) sic A.

2) Zuweisung umstritten, (1) Großenhain (östl. Riesa, Sachsen): so Schieckel (mit ?); (2) Oschatz (östl. Leipzig, Sachsen): CDS I/A, Dobenecker, CD Bohemiae, Patze (siehe die Abschnitte „Edition“ bzw. „Regest“) und DS 20, S. 233.